



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

52 Ingrediendi septa monasteriorum Monialium licentiam quis concedere  
possit, & in quibus casibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

sub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua pariter à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium poſſunt obtinere. Monasteria hujusmodi quovis modo ingredi audeant. Abbatibus vero, necnon Abbatibus, Conventibus, & aliis Monasteriorum utriusque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocunq; nomine vocentur, diſtictè præcepit ſub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum, ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, nè in Monasteria, domos, & loca ſua quemquam prætextu dictarum licentiarum ingredi facerent, vel permetterent, quinimò etiam ſub eisdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibuit, atque interdixit omnibus, & quibuſcunq; perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac etiam ordinum quorumcunq; etiam Mendicantium Regularibus, ne illis prætextu licentiarum ab Episcopis, vel ſuperioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantùm ex decreto Concilii Tridentini, dicto cap. 5. §. ingredi autem. de regul. ſeſſ. 25. tribuitur, Monasteria ipſa monialium pro libito, ſed neceſſitatibus urgentibus, dumtaxat ingredi liceat. Nec moniales ſub eisdem pœnis illos aliter admittere poſſunt, ut in litteris ejuſdem Gregorii. in eod. Bull. cap. 36. Neque Episcopis aliisve, quibus ſui auctoritate officii eſt permiſſum, pro libito ſua voluntatis hujusmodi ſepta ingredi licet, ſed dumtaxat in caſib⁹ neceſſariis, & à paucis, iſſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. & contra facientes Episcopi pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu Eccleſiæ ingreſſi, pro ſecunda à

munere Pontificali, & à divinis ſuſpenſionis, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicationis pœnam incurunt; regulares verò omni officio, ac miniſterio privati ſimiliter excommunicationis pœna innodantur. Gr. 1720. Bul. c. 75. Mulieres autem quæ in Congregatione vivunt pro cura earum mulierum, quæ fuerunt inhoneſtæ, vel à viris propriis deſertæ, non ſunt cogendæ ad profeſſionem emittendam, neque ad clauſuram ſervandam, ut in eiſdem deciſi. ſuper cap. 5. §. Gregorius XIII. audiat.

Concedere enim licentiam intra ſeptem Monasterii ingrediendi Episcopus, vel ſuperior debet in caſibus neceſſariis, nequæ alius ullo modo poſteſt, etiam vigore cujuſcunq; facultatis, vel indulti hætenus conceſſi, vel in poſterum concedendi, Concil. Trid. eod. cap. 5. §. dare autem; & etiam ubi viget conſuetudo non accedendi ad Monasteria regularibus ſubjecta ſine licentia Episcopi, & poſt Concilium introducta, ut Ordinarii concedant licentiam ingreſſus ad Monasteria Regularibus ſubjecta, privativè ad ipſos Superiores Regulares, adverteadum eſt, an conſuetudo ſit legitimè præſcripta, ſuper qua Judex compoſens cognoſcere debet; ſed interim ordinarius eam quaſi poſſeſſionem, quam habere reperitur retinere poſteſt. Et dato, quod à Superioribus Regularibus hujusmodi licentia ingreſſus, & acceſſus concedi deberet privativè ad Ordinarios, non poſſunt illas improbare, poſſunt tamè Ordinarii aliquam ipſarum licentiarum cognitionem, & ſuperintendentiam habere; prout Mediolani, ubi vigore Concilii provincialis primi debent hæ licentiæ apud Superiorem regiſtrari, ut fuit deciſum per

per Sacram Congregationem super eo. cap. 5. ut in §. præsupposita declaratione.

33 Potest etiam ꝑ puella introduci intra claustra Monasterij monialium ad hoc, ut educetur, ibi, etiam absque licentia Ordinarij, quò ad monasteria Regularibus subiecta, obtentis tamen litteris ab ipsa Congregatione, in forma præscripta, non autem ex sola licentia Superiorum Regularium, nec etiam de licentia Ordinarij, & superiorum. ut in eisdem decis. super eo. cap. 5. §. verum puella: nisi aliter in litteris Sacræ Congregationis caveatur, quarum forma est seruanda. Quæ autem puellæ educationis causa in Monasterio sunt, exire possunt, & deinde ad habitum suscipiendum recipi sine aliqua Sacræ Congregationis licentia, ut in eisd. decis. super eod. cap. 5. in princ. & vers. quæ educationis, secus autem, si non ad effectum habitum suscipiendi reingredi iterum educationis causa volunt, quia tunc nova licentia requiritur.

34 Absoluto ꝑ autem tempore educationis, si statim puella non egreditur, nemo insidit in excommunicationem, seu censuras, sed potest Episcopus terminum præstitueret, intra quem eligat puella, utrum velit Monialis effici, aut è Monasterio egredi §. absoluto tempore. ead. decis. moniales verò peritæ ad organum pulsandum non sunt prohibendæ, quin organum in Ecclesia interiori pulsent. Ideò organi concinnatores, ꝑ ac Magistri, cum eorum operanti oportuerit, sunt admittendi eadem ratione, qua cæteri artifices admittuntur. Congreg. Concil. in eisd. decis. super eo. c. 5. §. si qua ex monialibus.

35 Regulares ꝑ adeuntes Monasteria Monialium sine Episc. licentia pœnam ex-

communicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, absolutionem sibi reseruando, non incidunt, si regulares ab excommunicationibus Ordinariorum suis privilegijs nominatim eximuntur; sed intra claustra degunt iuxta dispositionem cap. 3. de reform. sess. 6 sunt puniendi. ut in eisdem decis. super d. cap. 5. §. an regulares ad-

37 Nullique ꝑ Superiori Religioso, cuiuscunque Religionis, gradus, qualitatis, & dignitatis, existenti, cui Monasterij seu domus cura incumbit, visitare, nec visitatoribus, (confessario ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputantur, dumtaxat exceptis) absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere licet, nec ad Monasteria, seu domos quarumcunque monialium, vel sororum sui, seu alterius cuiusvis ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quòd, si aliquando ex mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas in ipsarum monialium, seu sororum Ecclesijs, seu Oratoris exterioribus, mitti contingat, moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra claustra degentes, nullo modo ullove quæsito colore alloqui possunt, Confessarij autem similiter in ædibus Monasterij, vel in Monasterio, seu domo Monialium, aut Sororum Monasterio contigu- is pernoctare, seu pernoctari facere prohibentur, neque extra tempora generalium confessionum (quibus soli Confessario diurnam refectionem accipere vix est permissum, si ejus habitatio, aut viro- rum domus, vel Monasterium, in quo de- git, à monialium, vel Sororum Mona-